Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift

bene morituri. Dicit ei sanctus magnus basilius. Nescis quid dicis. Dicit ad eum ioseph hebreus.
Credo domine. sol cum sole occidet hodie. Et dicit ei sanctus. Et si non morior
usque ad matutinum quid? Dixit hebreus. Non est possibile domine hoc fieri. uix
enim una hora erit anima tua intte. sed dispone ecclesiam tuam et res tuas. non
enim obscurabit dies hodie mihi. Dicit ei sanctus. Et si uenero in crastinum usque ad
horam sextam. quid facies? Qui ait. Ego morior. Dicit ei sanctus. Etiam ut moriaris peccato.
uiuas autem christo. Dicit ei hebreus. Scio quid dicis et facio iussionem tuam. sed sic dicis sit.
cum uicinus horribilibus premitur. et si uixerit domini discipulus. omnino accipe se
sancti spiritus gratiam. Dei cultor ergo pater noster basilius. postulauit dominum additionem uite dari
sibi. ut illum saluaret. Misit ergo sanctus mane. et uocat hebreum. Qui diffidens ad
uenit. putans omnino eum mortuum. Et uidens eum uiuentem in stupore factus. et pro
iciens se ad pedes eius. dixit. In uero corde dico. non est deus magnus sicut deus christianorum.
et non est deus amplius eo. Nego ergo ex hoc odibilem religionem iudeorum. et accedo fideliter
ueritati. Iube ergo sine dilatione dari mihi in christo signaculum. et sanctum baptismum.
et tote domui mee. Dicit ei sanctus christus. Ego manibus meis baptizabo te. et omnem domum
tuam. Procedens autem iterum medicus. et tangens dexteram manum eius. dixit ei. Lassate facte
sunt uirtutes tue domine. et natura perdefecit. Dicit ei sanctus. Habemus nature creatorem.
confortantem nos. Et surgens uenit in sanctam ecclesiam dei. et coram omni populo.
baptizauit eum cum tota domo eius. uocans nomen eius IOHANNES. Communicans
autem eum uiuificis mysteriis. assumsit eum. et duxit in dormitorium suum. dans
ei escam. et docebat eum que sunt eterne uite. adiciens ouili suo. cum mu
lieribus et filiis. fouit electum militem. Medicus autem. sequentibus diebus. pertransibat
bene actionales domos. et dabat donatam sibi de medicina pecuniam. et quod
ei erat residuum. Et circa horam nonam. stetit magnus pater noster basilius ad minis
terium misse in sancta ecclesia. simul cum electis clericis et ciuitatis capitaneis. et iterum
percipiens cum ipsis panem dimisit eos. instruens et osculans eos in osculo sancto.
et nouum christi militem commendans ecclesiam et omnes domino. atque dispositam sibi consepelire
sumsit terciam partem. que a domino data fuit ei communionis. et recumbens
in lecto. gratias egit extense domino et deo nostro. in peregrinatione accipe et fide medici. Et
adhuc gratie cum esset in ore eius. reddidit domino spiritum. et additus est principibus sacer
dotum principibus sacerdotum. predicatoribus quoque magnis magnum ubi tonitruum. Uides
autem ex hebreis fidelis medicus. sic dixit dei homo et magnus princeps sacerdotum ba